

Affiduis feriunt precibus qui Culmen Olympi,

Et pulsant summi simplice corde fores.

Gratia de superis Cœlorum hæc montibus, ALMA

Defluit in dignos, quos Deus æquus amat.

Non ideo cuius contingit adire Corinthum:

Pauperibus tribuit talia sæpe Deus.

Hortus hic Hermeticus præclitus ab omnibus, isthīc

Peruigil obseruat aurea poma Draco.

Te si intromittat sed in hunc vbi Ianitor hortum,

Indulgente DEO cœlituumque Duce:

Nec poteris oculos vigilis sopire Draconis:

Irrita spes, labor ac irritus omnis erit.

Non ideo ficto CHRISTVM veneremur amore,

Pulsemus precibus sancta theatra piis.

Cœlipotentis Heri, tribuentis munera tanta:

Cœlitus Hoc DONVM, non aliunde, venit.

Mitior afflabit tandem nos Aura supreni

Numinis, & dignis præmia digna dabit.

Hæc monuisse pudet verùm, doctissime Tancki,

Ignoscas Vati. Forsitan hocce licet.

Ignoscet. Tantùm non delectare Poëtæ,

Congrua verùm etiam sæpe monere solent.

Talibus ast forsitan tibi nostra Camœna molesta est:

Ipse fatis nosti, quæ peragenda sient.

Offero nunc Tancki sincera mente libellum,

Accipe sub placida munera parua manu..

Quæ facit eximio Vates, sub publica, egenus.

Scripta patrocinio, præsidio quo tuo.

Quæ Benedicta tenent LAPIDI S, Magnalia Magni ac

Maxima, Magnorum viuida scripta Sophum.

Exciplias hilari munuscula talia fronte:

In te sint animi ceu documenta mei

Ex imis cordis penetralibus vsque fauentis,

Quærentisq; tuæ vincula amicitiaz.

Ovti-